+

Capitanealibus Præmysliensibus Generosus Samuel Czaliczyn:
ski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iu:
ribus Iurisdictionibusq Suis quibusuis proprijs et competen:
tibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmy: 2015
sliensi Iurisdictioni quo ad actum modernum attinet se:
cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totali:
ter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere
publice ac perexpressum recognouit Quia ipse Generosum
Nicolaum Sloniewski et ipsius Successores de Summa De:
cem Millium Florenorum Polonicalium per eundem Gene:
rosum Sloniewski sibi Recognoscenti Actis præsentibus
modo simplicis debiti Seu alioquouis inscripta et ad Sol:
uendum asseurata, nec non de eadem ipsa Inscriptione
debitorea, omnibusq eiusdem Inscriptionis debitoreæ Condi:
tionibus punctis, clausulis articulis, ligamentis ac nexibus
generaliter Vniuersis ob Sufficientem et plenariam sibi Re:
cognoscenti pro prmissis omnibus præstitam Satisfactionem
quietat emittit, dimittit, liberumq et absolutum facit et
perpetuo pronunciat, Inscriptionem Cassat mortificat et
annihilat sibi Recognoscenti Suisq Successoribus perpetu:
um imponendo silentium.

## Feria Sexta post Festum As:sumptionis in cælum Gloriosissi:mæ Virginis Mariæ proxima An:no Domini Millesimo Sexcente:simo Septuagesimo Secundo. 19/VIII

## Porębska Pobidzinskiemu Cedit.

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus

Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosa Catherina de Wilanow olim Generosi Pauli Przypkowski secunda rum vero nuptiarum olim Generosi Joannis Porębski Consors de
2016 relicta Vidua sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusuis propriis et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipsa de omni et integro Iure suo infrascripto
1248 Videlicet de summis binis Unaquidem Quinq[ue] Millium Florenorum Polonicalium ex summa Originali Decem Millium Florenorum Polonicalium primum et originaliter per Generosum Casimirum Krasicki olim Generoso Joanni Porębski et sibi Recognoscenti Coniugibus inscripta et modo obligatorio Actis præsentibus sive alijs quibusuis Authenticis Regni super bonis Drohobyczka in Terra Sanocensi Consistent[e] ad soluendum assecuratt tandem per Contractum in Concambiationis bonorum eorum ad bona præd[ict]a ante Dubiecko transportatt necnon de altera summa Trium Millium Trecentorum Florenorum Polonicalium per eundem Generosum Casimirum Krasicki sibi Recognoscenti scriptis certis manualibus binis Actis Castrensibus Premysliensibus roboratis ad soluendum assecuratt et per Decretum Tribunalitium Regni Lublinense Feria sexta post Festum Visitationis Gloriosissimæ Virginis Mariæ proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo septimo inter concurrentes ad tenutam Dubiecensem lato adiudicatt, necnon de eisdem ipsis Inscriptionibus Originalibus ac scriptis memoratis earumq[ue] roborationibus ac contentis et nexibus insuper de ipso Decreto Tribunalitio Regni Lublinensi supra scripto, quo ad nexum suprascriptarum summarum spectat, ac de bonis ipsis summis suprascriptis et Iure præsenti abscesse onerat cum omni præmissorum Iure Dominio proprietate Competentiaq[ue] et prærogatiua quauis omnibusq[ue] et singulis

punctis

+

punctis, clausulis, articulis, Vadio ligamentis ac nexibus in Vniversum omnibus, summa quoq; et bonorum summa eadem oneratorum 2017
Vtilitatibus, fructibus, proventibus redditibus Commodis, emolumentis obventionibus, attinentiisq; et pertinentiis generaliter Vniversis nihil ex praemissis Juris Dominij proprietatis ac Cuiusuis Competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisq; Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia eadem Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsamq; concernebant, ac eidem legitime serviebant. Jam ex nunc et de facto Generoso Andreae de Pobidzno Pobidzinski ac ipsius Successoribus (accepta ab ipso, pro praemissis plenaria Satisfactione) cessit et condescendit, prout cedit et condescendit praesentibus, omneq; et integrum Jus suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Generosi Andreae Pobidzinski Cessionarij sui eiusq; Successorum totaliter et plenarie transtulit transfudit, et incorporavit prout transfert, transfundit et incorporat praesentibus. In quod quidem Jus praesens Cessum summam ac bona summa eadem onerata praemissaq; omnia praesentibus per se Recognoscentem transfusa Idem eadem Recognoscens Generosa Catherina Porebska, praefato Generoso Andreae Pobidzinski Cessionario suo eiusq; posteris iam ex nunc et de facto Coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamq; possessionem per Ministerialem Regni Generalem quemcunq; competentem et Nobiles duos die quacunq; Voluerit officiose acceptandam. Per ipsum Generosum Cessionarium suum et ipsius posteros hoc idem Jus praesens Cessum summam ac bona summa eadem onerata praemissaq; omnia per praesentes transfusa cum Vniversis eorum Vtilitatibus et Vsufructibus, Competentiaq; et praerogativa quavis tenendi, habendi et possidendi illisq; quiete et pacifice Vtifruendi, ac ad suos suorumq; Successorum quosuis beneplacitos Vsus fructus libere et effectualiter convertendi

fendi præfati Iuris Originalis ac omnia Casus iure Complecten-
tes, præsentibusque Cessi et transfusi Vigore. Debebit et tenebitur memo-
rata Recognoscens prout se ac suos Successores, in et super bonis
2010 Suis generaliter omnibus, ac summis quibusvis pecuniariis habitis
et habendis præfato Cessionario Suo incumbit et obligat præsen-
tibus, ipsum et eius successores, in dicto Iure Cesso summa ac bo-
na summa eadem Iureque præsenter Cesso onerata, præmissaque
omnia præsentibus transfusa, et ratione eorundem omnium
præsentibus abcessionem ab omni et quavis impetitione Iuri-
dica quarumcunque personarum, Cuiuscunque Conditionis Status
ex Sexus Cuiusvis existentium in omni Iudicio et officio Regni
Semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere
intercedere et eliberare, indemnemque eum postens reddere
necnon hoc idem Ius præsens Cessum summam ac bona summa
eadem Iureque præsente Cesso onerata, præmissaque omnia præ-
sentibus transfusa ab omnibus in genere Iuribus et inscriptio-
nibus prioribus et posterioribus non acquisitionis Citationibus
Super eadem præmissa omnia importatis et importandis litis-
dantique et perlatis processibusque Iuris quibusvis in quocunque
puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et
officio Regni obtentis et obtinendis ac super præmissis omni-
bus perductis et perducendis, emundare et eliberare mundaque
et libera Semper facere ac etiam Intromissionem præfatam
Coram officio præsenti admissam, in fundo bonorum præfato-
rum Summa eadem oneratorum dum per Ministerialem
Competentem et Nobiles duos officiose requiretur non denega-
re, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectua-
liter admittere, dataque et admissa eadem possessionem et Usum
fructum præmissorum omnium præsentibus transfusorum quovis
modo tum per se quam per suas quasvis submissas et subor-
dinatas personas non præpedire nec adimere ipsumque Cessio-
narium suum et ipsius Successores in præmissis omnibus nullo
modo.

modo iniuriari, ita Ut ir idem Cessionarius suus cum suis posteris
hoc idem Ius praesens Cession summam ac bona summa eadem
Iuris praesentis Cessio onerata cum Universis eorum Utilitatibus 2019
et Usufructibus, Competentiisque et praerogativa quavis quie-
te et pacifice praesentis Inscriptionis Cessionaria Vigore tenere
habere et possidere queat, illisque Uti frui possit. Idque sub Vadio
Octo Millium Trecentorum Florenorum Polonicalium per ean-
dem Recognoscentem sive eius posteros, praenominato
Generoso Pobidzinski Cessionario suo sive illius successori-
bus ob non completionem praemissorum omnium et singulo-
rum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad
solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemis-
so ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex prae-
missis non completa complenda. Citata existens memorata
Recognoscens Generosa Catherina Porebska sive eius succes-
sores, Ad Instantiam supranominati Generosi Andreae
Pobidzinski Cessionarii sui Vel eius posterorum ad officium
praesens Castrense Capitaneale Praemisliense sive Castrense Ca-
pitaneale Sanocense ad quod prius ex ipsis citabitur, ex hunc
recessu superscripto quo ad respondendum spectat median-
te semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio
stare Iuri parere respondere Vadium praetactum luere Inscri-
ptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit
et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscri-
bit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptor-
rium Uti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem
Terminos semper peremptorios Vera infirmitate, pro maiori
minorennitate successorum legatione intra Vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta ad Exercitum Vel aliis
quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non

differendo, ad quietationem praeterea Ultra proximos offi
cij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis, sive Ca:
2020 strensis Capitanealis Sanocensis Terminos dilationem sibi non
recipiendo nullasque motiones appellationes, ac earum prose:
cutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus
Vel bipliciatis, Evasionibus, Suspensionibus fatalis Juris prae:
scriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus
Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio
quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitio:
ne ad praemissa omnia et singula mediante.

# Porębska et Pobidzinski mutuo se Quietant.

1249 Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Ca:
therina de Wilamow primarum olim Generosi Pauli Pryp:
kowski, Secundarum Vero nuptiarum olim Generosi Joannis
Porębski Consors relicta Vidua ab Una et Martinus Pobidzin:
ski parte ab altera Sani mentibus et corporibus existentes
a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque Suis quibusvis
propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Castren:
si Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum
praesentem attinet secum successoribus ac bonis suis genera:
liter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque Subyci:
endo palam libere publice ac per expressum recognoverunt
et quilibet illorum seorsim et specialiter Suo pro interesse
recognovit. Quia ipsi sese mutuo et invicem de Contractu
certo inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et
Conditionum in eodem Contractu expressarum conscripto
manibus sui Recognoscentium subscripto et Actis praesens
Sabbatho